


4295 [= Eph. IX 444] titulus exstat in margine (orificio) putealis marmorei fracti. Litterae tardioris aetatis, a. ca. 0,045–0,055. Rep. nel peristilio delle terme Antoniniane VAGLIERI qui addit frammenti di questo puteale sono venuti in luce anche precedentemente in altri punti dello scavo fuori del peristilio; vide infra not. Collocatum in scalaribus musei Ostiensis.



Descripti. Vagliari Not. d. sc. 1909 p. 177 n. 9; inde Dessau l. c.

In margine putealis scriptus est etiam titulus supra n. 2. — Deesse videtur paulo amplius quarta pars. — in. vidi vestigium incertum sive folii sive litterae. — Littera *g* ita scripta, ut exhibui; sed videtur *Guntas* legendum esse (haud *Giuntas*). *Guntha leo* est, ut monuit Vagliari, in titulo sacrificii Mithriaci C. VI 737. — fin. *pecunia*, deinde ornamentum, quod mihi esse videtur ramus cum folio et fructu.

Ad idem puteal videntur pertinere fragmenta quaedam haud longe a thermis reperta, quae Vagliari commemorat iam Not. d. sc. 1909 p. 83.

4296 [= Eph. IX 439] tabula marmorea mutilata, in duas partes fracta, a. 0,461, l. 0,355, cr. 0,045. Litterae videntur esse secundi saeculi vel tertii ineuntis. Rep. via del Sabazeo, in sanctuario quod ex hac inscriptione nomen *Sabazeo* traxit. Est in repositis musei Ostiensis.

sic	LAFMILIVS	2,9
	EVSC·EX·IMPERIO·IOV	2,7
	IS·SABAZI VOTVM·FECIT	2,2

Descripti ad lapidem, contuli ad ectypum. Vagliari Not. d. sc. 1909 p. 22 n. 4, idem Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909 p. 189; Dessau l. c. (miserat Vagliari).

L. A[e]miliu[s] - - - Eusc(hemus)? -hemon?) ex imperio Iovis Sabazi votum fecit.

4297 [= Eph. IX 443] in pavimento musivo sanctuarii, quod *Sabazeo* dicitur (cf. titulum qui praecedit). Lettere bianche su fondo nero, in una targa ansata.

FRVCTVS
SVIS·IN
PENDIS
CONSVM
5 M AVIT

Vagliari Not. d. sc. 1909 p. 24; idem Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909 p. 188. Inde Dessau l. c.

4298 ara marmorea cylindrata, anaglyphis ornata, a. 1,35. Litterae a. 0,038. Rep. loco antiquo in una piccola piazzetta tra la via di Diana e il decumano (nunc piazza dei Lari, cf. Calza Ostia, guida p. 116). Est ibidem.

Lar dextrorum saltans Faunus Larem aspiciens, sin. situlam tenens ara inflammata; pone aram arbor Hercules cum pelle leonis, iuxta porcus

m-A-S-D-S-P-F-C.
LARIBVS
VICIN·SACR

Faunus Larem aspiciens, dextra situlam tenens Lar sinistrorum saltans

ARAM·MARMOREAM

Contuli. Edid. Calza Not. d. sc. 1916 p. 145 sqq. delineatam, imaginibus photographicis additis; inde Cantarelli Bull. comun. 1916 p. 254 sq.

In figuris appellandis secutus sum editorem, qui aram primo p. Chr. saeculo assignat; cui opinioni forma litterarum non obstat. Cf. etiam quae nuper exposuit Bendinelli Rivista di filologia 1928 p. 530 sq. — Ara supra

mutilata est; periit imaginum pars superior, periit nomen eius qui aram dedicavit (vel nomina complura, si complures dedicaverunt). — 1 [m]ag(ister) vel [m]ag(istri) (sc. *vici*) *d(e)* *s(u)a* *p(ecunia)* *f(aciendam)* *c(uravit)* vel *c(uraverunt)*. — 2 sq. *'Laribus vicin(iae)* potius quam *Laribus vicin(is)* Dessau; cf. Genio viciniae C. XIII 3652.

4299 [= Eph. VII 4495] fragmenta tabulae marmoreae cr. ca. 0,03, litteris satis malis (a. 0,03–0,026). Rep. Ostiae, adservata *casino del sale* MAU, HUELSEN. Ego vidi frustula duo, quibus versus 1–3 ineuntis, 4–6 exeuntis continentur, in repositis musei Ostiensis.

SACRVM LIBERO patris
C-NASENNIVS HI--
SVA peCVNIA·FECit ob
MERita in VLPIA
5 NVM·Fil et OB M
MEMORIAM fLI·SVI

4300 l'iscrizione che non fu ritrovata ha lasciato l'impronta delle lettere sul podio della casa dei triclinii, del quale podio formava rivestimento; eodem modo ibidem servatus est titulus infra n. 4358.

M A R T I A V G	5
S A C R V M	4,2
SEX CAECILIVS	4,5
P R O T	4
5 C QVINQVFNNI	4
I FABEV	3,3
ST	3,3

Descripti quantum vidi (edid. Calza Not. d. sc. 1927 p. 410 n. 92. 94); omnia Mau et Huelsen, qui vv. 1–3 supplerunt in re praesenti. Vv. 4 sq. supplevit Mommsen. Edid. Dessau l. c.

5 fin. rasuram vidi; fuisse M contendunt testes supra scripti.

Descripti. Calza Not. d. sc. 1927 p. 386 n. 2 ad apographum meum.

Marti Aug(usto) sacrum Sex. Caecilius Prot[us ma]g(ister) quinquenna[lis colleg]i fabru[m tignuariorum O]st[is] -- . In eodem aedificio reperta est basis ab eodem collegio imperatori Septimio Severo dedicata infra n. 4569, ubi vide.